+

Feria Tertia post Festum Sanctae Agnethis Virginis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Octavo modo Reformatorio in medietate omnium bonorum suorum mobilium et immobilium in Scripto, et ad solvendum assecuratis; ob sufficientem et plenariam Satisfactionem quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat. Inscriptionem eandem cum ipsis omnes Conditiones et ligamenta in toto et totaliter Cassat mortificat et annihilat. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Turzanski et Brosniowski, Dubrawski Quietant.

Comparentes personaliter Coram officio et Actis Praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobiles Alexander Turzanski Szyborak et Stephanus Brosniowski 1085 sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi ambo insolidum, Generosum Samuelem Dubrawski ratione quarumuis iniuriarum et praetensionum ad quoduis Judicium et officium Regni institutis et intentatis tum de quibusuis protestationibus, relationibus et praetensionibus in Universum omnibus, ad diem hodiernum

interuenientibus, ob præstitam satisfactionem quietant emittunt, dimittant, liberumq́ et absolutum perpetuo pronuntiant, Causas easdem et actiones Cassant mortificant et annihilant, et ab eisdem recedunt, nec se easdem amplius attentare debbeant, sibi suisq́ posteris ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium

Fredro Consorti sua Reformat

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosus Stanislaus Michael Fredro Subdapifer Podoliæ sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus suisq́ Iurisdictionibusq́ suis quibusuis propriis et competentibus recedendo præsenti

1083 vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam libere, publice ac per expressum recognouit Quia ipsa Generosa Zophia de Snopkow Generosi Alberti Snopkowski Vexilliferi Latyczouiensis, cum olim Generosa Barbara Minikowska Consorte eius legitima procreata filia sui vero Recognoscentis Consorti legitima et eius successoribus Summam Quatuor Millium et Trecentorum Florenorum Polonicalium, ratione vera dotis et expeditionis per ipsam accepta, et in domum suam importata, necnon aliam similem Summam Quatuor Millium et Trecentorum Florenorum Polonicalium, ratione Certi, Veri, iusti, et liquidi dotalitij in et super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium hæreditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium, Summarumq́ quarumuis pecuniarium, nec non auri argenti, Clenodiorum, Vnionum Margarathaum Vestium Vestimentorum, Stanni, Æris, cupri Orichalci pecorum

pecudum